	LEGNANO - Privilegio rilasxiato a LAMPUGNANI N.D. CATERINA da FRANCESCO SFORZA VISCONTI I8/9/I464	Fiume Olona LEGNANO Privilegio LAMPUGNANI n·D Caterina
I464 I8/9	Privilegio IOO Pertiche.	I464

1464.18 7bris

(21)

Concessione a Donna CATERINA CAMPAGNANI sorella a LUIGI TERZAGO (Legnano)

1/ Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, et Pa:
:piæ Angleriæque Comes, ac Ianuæ et Cremonæ
Dominus. Ut ad preces Nobilis Aloisij de Terzago
Cancellarij Ill.mi Generi Nostri Dilectissimi
Comitis Iacobi Picinini Vicecomitis de Arago:
:nia Nobili Catarinæ de Campugnano ejus Geni:
:trici Civi Mediolanensi Nostræ Carissimæ satis:
:faciamus cujus nomine expositum Nobis fuit
se habere in Burgo Legnani Ducatus Nostri
Mediolani Perticas Centum Prati quæ ex aqua
de Flumine Olonæ derivata irrigari solebant.
Nunc vero ob subortas controversias inter Cives
~~et~~ et Subditos Nostros Possessiones et Bona in
partibus superioribus et inferioribus dicti Flu:
:minis habentes ea irrigandi commoditate præter quas dies et horas ex Statutis Nostris limitatas
privatam omnino esse, ac denique supplicatum
ut indemnitati ejus providere velimus, harum
serie ex certa scientia et de Nostræ potestatis
plenitudine eidem Catarinæ ejusque heredibus et
Successoribus concedimus et dispensamus quod ul:
:tra dies et horas quibus Catarina ipsa et alij
vigore Statutorum Nostrorum Prata sua irriga:
:re possunt ei, ac heredibus ipsius et Successoribus
ejus liceat et licitum sit singulis diebus Mer:

:cuij ab ortu solis usque ad occasum ex Rugijs
a Flumine Olonę derivantibus quę eisdem Pra:
:tis suis servire consueverunt tantum aquę
trahere, et haurire quantum ei sufficiat ad
irriganda Prata predicta tuto Libere, et impu:
:ne aliquibus Ordinibus, Decretis, Statutis, Provi:
:sionibus et alijs in contrarium disponentibus
nequaquam attentis quibus in hac parte dum:
:taxat derogamus. Cum hoc tamen quod post
irrigationem Pratorum predictorum Colatitia
et aquas quę superfuerint in Alveum d.i Flu:
:minis Olonę remittere teneatur. Mandantes
quibuscumque Officialibus, et Subditis nostris,
quatenus has nostras Licentię et declarationis
Litteras firmiter observant et faciant invio:
:labiliter observari. In quorum testimonium
presentes fieri, et registrari jussimus nostri:
:que sigilli munitę roborari jussimus. Dat.
Mlni die Decimo Octavo Septembris 1464. —
Signat. Joannes S et Sigillat. Sigillo Ducali —
Examinat. cum Originali concordat. —
Sieh. Jo. Hippolitus Butterla Not. Mlni et Offitij Flu:
:minis Olonę Cancell.s pro fide subscript. —